


nitate perfice,, ut publico Ecclesiæ & totius patriæ bono, non minus diu vivant, quam principatu suo dignè vixisse, omnes quotquot subditorum rectè & incorruptè iudicāt, confiteantur. Ita eveniat, ita eveniat paterne Deus, qui caput & origo es, unde omnia bona, quæ dici possunt manant & profluunt, quiq; idem finis es omnium, quo omnes actiones nostræ laudabiliter diriguntur ac spectant. Donec tandem à te in concilium tuum assciti admissi q; te præsentem præsentes coram laudemus, & Principem nostrum, quem nunc amisimus, repetamus in sede immortalium æterna, semper ternaq; pariter fruamur tranquillitate.

¶ 69 90

DIXI.



H. Romm. 147, 20^m